Qua secus successoribus quilibet in bonis suis omnibus alter alteri inscribunt et obligant. Inscriptionem seu Contractum certum quem secum habent Conscriptum Manibus eiusdem Roman Lithinsky ac nobilis Georgii Blazowsky nomine eiusdem Mathei Blazowsky Necnon Nobilium Andreae Blazowsky, Michaelis Stephani Kudilowsky amicorum eorundem recognoscentium subscriptum ac sigillis eorum propriis munitum et obsignatum Cum omnibus eiusdem Inscriptionis seu Contractus Conditionibus punctis Clausulis et articulis prout in se latius descriptum est (a data eius donec expiraverit) tenere complere exequi ac inviolabiliter observare nec eandem inscriptionem seu Contractum in quavis minima parte infringere quinimo eidem Inscriptioni seu Contractui et eius Contentis pars parti et successoribus satisfacere debebit tenebitur quibus opus fuerit sub vadio sexcentorum florenorum pecuniae monetae et numi polonicalis In defectu Completionis praemissorum omnium per partem non Complentem parti Complenti et successoribus eius ad solvendum tenebitur quibus opus fuerit irremissibiliter successorumque eorum. Praeterea se et successoribus quilibet in bonis suis omnibus alter alteri obligant et inscribunt praesentem inscriptionem ex actis praesentibus ad acta terrae Premisliensia intra decursum unius anni tam Coniunctim quam divisim transportaturos sub vadio sexcentorum florenorum pecuniae monetae et numi polonicalis In casu non transportationis eiusdem inscriptionis per partem non transportantem parti transportanti et successoribus ad solvendum tenebitur quibus opus fuerit irremissibiliter transgredientibus. Pro quibus quidem vadio seu vadiis ex quavis praedicta causa succubitis successorumque eorum praefati recognoscentes alter alterum et successores suos Citare promiserunt tenebiturque quilibet eorum recedendo ab omni suo proprio et Competenti foro Coram Terrestri et Castrensi Premisliensi Iudiciis quibus se Cum successoribus [?] respondere et Cum successoribus

bonisque suis quibuslibet omnibus eidem subiciunt et incorporant Semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio Stare in iure parere et ad responsionibus pro vadio pro quo alter alterum Citaverit a iudicio non recedendo reipsa satisfacere debebit et omne iudicatum pati debebit et successores tenebuntur quibus opus fuerit. Terminum ipsum primum peremptorium ex aliis subsequentibus causae et transactionum terminos nullis modis Collusionibus Motionibus appellationibus earumque per adcitores prosequutionibus Evasionibus promotionibus suspensionibus poenis tertiae Marcarum dilationibus ad quietationem ad munimenta et evictores seu ex evictore vera vel simplici infirmitatibus ac aliis pro maiori a caeteris omnibus de iure et consuetudine concedi et admitti solitis differendo prolongando et evadendo se successoribus omnibus et singulis beneficiis Statutorum et Constitutionum Regni atque Consuetudinibus iuris renunciando et abolicando se et suorum successorum sub amissione totius Causae et quietatione vadii seu vadiorum quo vel quibus solutis et [?] partis et omnibus eius Contentis satisfacere debebit et successores tenebuntur quibus opus fuerit. Nullatenus praemissis omnibus obstante.

Blazowski quietat Lithinski de Tutoria et de rebus omnibus in ipsius administratione habitis

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis Mathias filius olim Nobilis [?] Michaelowicz Blazowsky A tereis dictibus iuribus [?] suis quibus [?] a foro Competenti recedendo illisque per expressum renunciando Huic officio iurisdictioni Castrensi Premisliensi se et successores ac bonis suis omnibus quo ad actum praesentem attinet incorporando et subiciendo Sanus mente et Corpore existens publice palam et per expressum recognovit Quia

Sibi Nobilis Roman Lithinsky Avunculus et Tutor ipsius
per Nobilem Petrum Olechnowicz Blazowsky fratrem patruellem
olim praefati Theodoro Michalowicz parentis eiusdem recognoscendo quae
sub Tutorie ipsius Matthie iure naturali spectabat et Concernebat
actis quibusvis inscript. Pro omnibus et singulis rebus mobilibus
auroque et argento formato et non formato Clenodiis vestibus quovis
nomine et cognomine nuncupatis morte olim praedicti Theodoro Bla
zowsky parentis sui derelictis summisque pecuniariis quabuscunque per
sonas sexus utriusque modo quovis in bonis quibusvis actis quibusvis
praedicto olim Theodoro parenti suo inscript. et non inscript. modoque quo
vis Concreditis interpositisque existendo per praefatum ... Roman Lithin
sky Avunculum et Tutorem suum ab existentiis personis et Creditoribus
parentis sui interpositisque post decessum eo de hac luce ipsius ...
et manualiter susceptis receptis ac in toto levatis Solutione suffici
enti et omnimoda satisfecit eaque omnia plenarie et integre reddi
dit restituit et persolvit. Insuper et de omnibus bonis Haereditariis et obligatoriis
mobilibus et immobilibus summisque pecuniariis morte olim praedicti
parentis sui derelictis super ipsum iure divino et naturali tanquam
filium post patrem devolutis Per ipsum ... Roman Lithinsky Avun
culum et Tutorem suum vigore eiusdem Tutorie in gubernatione et
administratione sua habitis Sufficientem rationem et Calculum secundum
praescriptum Statuti et Constitutionum publicarum regni fecit Sibique pro
praemissis omnibus totaliter et plenarie ac integre satisfecit Ob quam
quietationem sufficientem omnimodam integram et plenariam rerum omnium
praefatorum summarumque pecuniarum restitutionem plenariamque et omnimodam
Rationis et Calculi de bonis omnibus praefatis mobilibus et immobilibus

Haereditariis et obligatoriis praefationem eundem Roman Lithinsky Avunculum et Tu
torem suum de omnibus rebus mobilibus et immobilibus summisque pecuniariis
morte olim praedicti parentis sui derelictis per ipsum in sua gubernatione et
administratione habitis quietat liberumque ac immunem eundem ipsiusque successoribus
facit et pronunciat perpetue ac in aevum De tutoriaque quam ad hoc usque
tempus gessit libere dimittit et absolvit temporibus perpetuis Sibi
et suis posteris pro his omnibus aeternum imponendo silentium praesenti
sua pura recognitione mediante Praeterea idem recognoscens se ac suos posteros
et super bonis suis quibuscunque omnibus obligat et inscribit Eidem Roman
Lithinsky et eius posteris praesentem recognitionem ex his actis Castrensibus ad
acta terrestria Premisliensia intra decursum unius anni transferre et trans
portare sub vadio Ducentarum Marcarum pecuniae novae et numi
polonicalis Pro quo quidem vadio modo praemisso succumbendo quotiens
Se praedictus recognoscens ac successores sui Eidem Roman Lithinsky
autem eius posteris Citare permiserit toties Coram terrestri et Castrensi
Premisliensi Judiciis quibus se (actus praesentis respectu) recedendo ab
omni suo proprio foro ac successores ac bonis suis omnibus ...
porat Semper ... primo Citationis termino tanquam peremptorio Stare
in iure parere ac loco responsionis vadium praedictum in Judicio non recedendo
Solvere eoque soluto inscriptioni praesenti satisfacere tenebitur et successores tenebuntur
astricti tenebuntur quibus opus fuerit Terminum ipsum primum peremptorium et
alios subsequentes Causae et transferum terminos Nullis modis colloribus
Motionibus appellationibus earumque per additionem prosequutionibus
Evasionibus ... suspensionibus poenis ... trium marcarum
... ac quibuscunque mortificationibus praesentibus inscriptionibus ac legati
bus quibusvis impedimentis defferendo tenacitati non se ac successoribus

omnibus quibus iuris remediis uti renunciavit sueque suorum successorum substantiae
fronte solius Casiewski luitione vadii praedicti quo soluto ubique inscri-
ptionem praesenti et omnibus eius Contentis satisfacere tenebitur successoresque tenebun-
tur quibus opus fuit Nulla terrae prorogatione ni praemissis omnibus obstantibus

Stadniczki obligat Kra-

siczki in defectu solutionis intromittabit ni bona eadem obligata

Coram officio ubi residebat Generosus Albertus Lutkoslawski [illegible]
terrae Vicecapitaneus et Causarum officii Castrensis Premisliensis Iudex actis quibus
praesentibus Castrensibus Premisliensibus Generosus Joannes Stadniczki de Zmi-
grod filius olim Generosi Stanislai Matthei Stadniczki de eadem Zmi-
grod personaliter stans recedens a palatinatibus terris districtibus suri-
busque [illegible] propriis [illegible] iuris ditione gravius Competenti-
busque renunciando Huicque iuribus Castrensi Premisliensi se suosque successores
bus ac bonis suis omnibus quo ad actum et effectum praesentis inscriptionis atti-
net plenarie incorporando et subiciendo Sanus mente et Corpore existens
publice palam ac per expressum recognovit Quia Bona sua hereditaria
Totas et integras villas Bocborzecz, Porolohoma et Bart-
kowka in terra et districtu Sanocensi sitas Cum omni iure dominio
et proprietate ac cum omnibus earundem bonorum attinentiis pertinentiis
fundis bus censibus proventibus laboribus redditibus emolumentis
ac utilitatibus quibuscunque quibus cunque dicantur nominibus et Co-
gnominibus et granitiebus ad granities [illegible] prout praefatorum bo-
norum hereditates se in suis metis et limitibus extendunt et prout eadem
bona solus ex antecessoribus suis tenuit habuit et possidebat possidetque
et fruebatur Nihil iuris dominii et proprietatis ac quorumvis usufru-
ctuum et utilitatum tam in toto quam in minima parte in eisdem bonis

pro se et suis posteris relinquendo reservando et excipiendo Generoso
Martino Krasiczki de Sieciechyn Tribuno terrae Premisliensi et
eius successoribus In summa Trium Millium et Octingentorum florenorum
pecuniae monetae et numismatis poloni singulum florenum Triginta grossis
polonicis Computando Iam exnunc de facto ad festum Sancti Stephani
Martiris proxime venturum obligavit invadiavit et inscripsit praesentibusque
obligat invadiat et inscribit Iamque exnunc coram officio praesenti idem Jo-
annes Stadniczki eidem Martino Krasiczki et eius posteris bona
praedicta modo suprascripto sibi impignorata dat et admittit realem intromis-
sionem actualemque et pacificam possessionem per Ministerialem palatinatus Russiae [illegible] ab
officio praesenti iam exnunc additum in bonis praefatis impignoratis interea
temporis dum ad ipsam acceptandam cum ministeriale et nobilibus venerit
dare et libere admittere nulloque modo per se et submissas personas tam
in toto quam in minima parte impedire et adimere se et successores suos obligat et super
bonis suis praefatis ac aliis omnibus terrestribus et obligationibus mobilibus et
immobilibus habitis et habendis inscribit et obligat sub vadio Trium
Millium et Octingentorum florenorum pecuniae monetae et numismatis polonici Ipse
hereditas realem intromissionem actualem et pacificam possessionem Per ipsum Marti-
num Krasiczki eiusque successores bona praedicta modo praemisso sibi impi-
gnorata Cum omnibus ut suprascriptum est iure dominio et proprietate
In summa eadem Trium Millium et Octingentorum florenorum pecuniae monetae
et numismatis polonici hinc ad festum Sancti Stephani Martiris proxime
venturum tenendum habendum ac possidendum Tenebitur quoque idem Generosus
Joannes Stadniczki et successores sui quos secum in et super bonis suis
praescriptis et aliis omnibus terrestribus et obligationibus mobilibus et immobilibus
habitis et habendis obligat et inscribit eundem Generosum Martinum